


Nos D. Fr. Iosephus Diaz de la Madrid, Dei et Apostolicę Sedis gratia Episcopus Carthaginensis in Indiis occidentalibus, Regiusque Consiliarius, &c.



Universis et singulis presentes litteras inspecturis notum facimus quod anno a Nativitate Domini millesimo septingentesimo octogesimo nono, die vero vicesima secunda mensis Martij, particularem ordinationem celebrantes in Cappella Palatij nostri, dilectum nobis in Christo Doct. D. Andream Marcellinum Perez de Arroyo Civitatis Popajanaensis indigenam, filium legitimum D. Andreę Iosephi Perez de Arroyo, et D. Franciscę de Valencia, cum Litteris dimissorialibus Ven. Dec. et Capit. sui originis sede vacante, examinatum et approbatum, in spiritualibus exercitiis versatum, servatisque Sac. Trid. Conc. Decretis, extra Tempora dispensantes, ad sacrum Subdiaconatus Ordinem ad titulum Cappellanis in sua Diocesi obtentę, ritę et canonicę promovimus. In quorum fidem has manu nostra signatas, nostroque sigillo munitas, atque per infrascriptum nostrum Prosecretarium subscriptas, ipsi iussimus expediri. Datas ut supra.

Iosephus Episcopus Carthaginensis

De man. Illmi. Domini mei Episcopi
Iosephus de Luis.
Prosec.



Reg. lib. I. f. 104.



4
Nos D. Fr. Iosephus Diaz de la Madrid, Dei et Apostolicę Sedis gratia Episcopus Carthagi-
nensis in Indiis occidentalibus, Regiusque Consiliarius &c.


Universis et singulis presentes litteras inspecturis, notum facimus quod anno a Nati-
vitate Domini millesimo septingentesimo octogesimo nono, die vero vigesima quinta men-
sis Martij, particularem ordinationem celebrantes in Cappella Palatij nostri, dilectum nobis
in Christo Doct. D. Andream Marcellinum Leyer de Arroyo, Civitatis Popayanensis in-
digenam, filium legitimum D. Andree Iosephi Peuz de Arroyo, et D. Franciscę de Valencia,
cum litteris dimissorialibus Ven. Dec. et Cap. sui originis sede vacante, examinatum et
approbatum, in spiritualibus exercitiis versatum, servatisque Sac. Frid. Conc. Decretis, ec-
tra Tempora et interstitia dispensantes, ad sacrum Diaconatus ordinem ad titulum Cappel-
lanę in sua Diacęci obtentę, rite et canonicę promovimus. In quorum fidem has manu
nostra signatas, nostrogue sigillo munitas, necnon per infrascriptum Prosecretarium nostrum
subscriptas ipsi iussimus expediri. Datas ut supra.



D. Iosephus Episcopus Carthaginensis
4 4 3

De man. Illmi. Domini mei Episcopi
Iosephus de Olais
Prosec.

Reg. Lib. 1. f. 104.



Nos D. Fr. Iosephus Diaz de la Madrid, Dei et Apostolicę Sedis gratia Episcopus Carthaginensis in Indiis occidentalibus, Regiusque Consiliarius &c.

Universis et singulis presentes litteras inspecturis notum facimus quod anno a Nativitate Domini millesimo septingentesimo octogesimo nono, die vero vicesima nona mensis Martij, particularem ordinationem celebrantes in Cappella Palatij nostri, dilectum nobis in Christo Doct. D. Andream Marcellinum Perez de Arroyo, Civitatis Popojanensis indigenam, filium legitimum D. Andree Iosephi Perez de Arroyo, et D. Franciscę de Valencia, cum litteris dimissorialibus Ven. Dec. et Cap. sui originis sede vacante, examinatum et approbatum, in spiritualibus exercitiis versatum, servatisque Sac. Trid. Conc. Decretis; extra tempora, et Interstitia dispensantes, ad sacrum Presbiteratus Ordinem ad titulum Cappellanię in sua Diacesi obtentę, rite et canonice promovimus. In quorum fidem has manu nostra signatas, nostroque sigillo munitas, necnon per infra scriptum Prosecretarium nostrum subscriptas ipsi iussimus expediri. Datas ut supra.

Iosephus Episcopus Carthaginensis

De man. S. M. Domini mei Episcopi
Iosephus de Olais
Prosec.

Reg. Lib. 1. fol. 104.



Arn. D. Manabino



Nos D. Fr. Iosephus Diaz de la Madrid, Dei, et Apostolicę Sedis gratia Episcopus Carthaginensis in Indiis occidentalibus, Regiusque Consiliarius &c.

Universis et singulis presentes litteras inspecturis, notum facimus quod anno a Nativitate Domini millesimo septingentesimo octogesimo nono, die vero decima nona mensis Martij, particulares Ordines celebrantes in Cappella Palatij nostri, dilectum nobis in Christo Doct. D. Andream Marcellinum Perez de Arroyo Civitatis Popajanensis indigenam, filium legitimum D. Andree Iosephi Perez de Arroyo, et D. Franciscę de Valencia, cum Litteris dimissorialibus Ven. Dec. et Capit. sui originis sede vacante, examinatum et approbatum, servatisque Sac. Trident. Conc. Decretis, ad quatuor minores Ordines xite, et canonicę promovimus. In quorum fidem has manu nostra signatas, nostroque sigillo munitas, necnon per infrascriptum Prosecretarium nostrum subscriptas, ipsi iussimus expediri. Datas ut supra.

Iosephus Episcopus Carthaginensis

De man. Mm. Domini mei Episcopi

Iosephus de Olais. Prosec.



Reg. lib. 1. f. 103. 870

